



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Diploma Canvti Regis Angliae, Quo ecclesiam Saluatoris in Dorobernia
omnium ecclesiarum regni Anglieni matrem & dominam confirmat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

^{a b c} Signum Simonis comitis.	^{a b c} <i>deegf.</i>
Signum ^d Velphonis comitis.	^d Vulpho- nis
Signum Cunonis comitis.	^d Conradi
Signum ^d Kunzadi comitis.	^d <i>deef.</i>
Signum Ottonis comitis.	^d Boybonis
^d Signum Adilbrahtis comitis.	
^d Bobonis comitis.	
Signum Frederici comitis.	
Signum Bezelini comitis.	
Signum Ezonis comitis Palatini.	
Signum Frederici camerarii.	
Signum ^{a c} Ezonis ^d in Fercore.	^{a c} Mezonis ^d Infertorū.
Signum ^{a c d} Heunzonis pincernarii.	^{a c} Heimo ^d Eunponis ^d Huctis. ^d Alumnum Roriger.
Signum ^d Huzis.	
^d Alimunbereger.	
Adilman.	
Adilbero.	
Ego ^{a b d} Vvicelius Astratzburgensis episcopus.	^{a b d} <i>desunt.</i>
Signum ^{a b d} Ryodhois Fluuanensis abbatis.	

ANNO
CHRISTI
1018.

D I P L O M A

CANVTI REGIS ANGLIAE,

Quo ecclesiam Saluatoris in Dorobernia omnium ecclesiarum regni ^{E vetusto} *Anglicheni matrem & dominam confirmat.* ^{codice Can-} ^{tuariensi.}

Ego denique imperator Knuto a Christo Rege regum regiminis Anglici in insula potitus, audiens beneficia prædecessorum meorum regum, scilicet regalia priuilegia, similiter cernens libertatem monasteriorum intra Cantiam positorum, archipræfulisque piissimi Livingi admonitione, placuit cordi amborum præsentem chartulam corroborare, videlicet: Ecclesia Saluatoris in Dorobernia sita, omnium ecclesiarum regni Anglicheni mater & domina, cum omnibus ad illam pertinentibus, sit libera, nec quisquam hominum in ea & rebus suis aliquid iuris vel consuetudinis, præter archiepiscopum & monachos ibidem Deo famulantes, exigat vel obtineat: in sempiternum hoc nostrum decretum inuiolabile tempore meo & successorum meorum, pro spe salutis æternæ, stabile per seueret, his testibus quorum signa subtus annotantur.

Ego Knuto gubernator Anglici orbis propria manu confirmo.
Ego Levingus metropolitanus archipræful libenter annuo.

Ego Emma regina signo crucis confirmo.

Concil. Tom. 25.

Nn

Ego Vvolstanus Eboracensis confoldau.
Ealdelmus episcopus gratum habens.
Ego Algarius episcopus concedo.
Ego Leofricus episcopus confirmo.
Ego Haldenne princeps regis pro viribus assensum præbeo.
Et ego Turkillus dux concedo.

Facta est autem ista concessio anno dominicæ incarnationis 1018.

CONCILIVM LEGIONENSE

ÆRA ML. ID EST ANNO CHRISTI MXII.

sub Alphonso V. rege Legionensi.

Decreta Alphonsi regis & Geloiræ reginæ.

P R A E F A T I O.

SVB æra millesima quinquagesima, viii. Kalendas Augusti, in præsentia regis domini Adelfonsi & vxoris eius Geloiræ reginæ, conuenimus apud Legionem in ipsa sede beatæ Mariæ omnes pontifices, & abbates, & optimates regni Hispaniæ, & iussu ipsius regis talia decreuimus, quæ firmiter teneantur futuris temporibus.

C A N O N E S.

I.

In primis censuimus, vt in omnibus Conciliis, quæ deinceps celerabuntur, causæ ecclesiæ prius iudicentur, iudiciumque rectum absque falsitate consequantur.

II.

Præcipimus etiam, vt quidquid testamentis concessum, & roboratum aliquo tempore ecclesia tenuerit, firmiter possideat: si vero aliquis inquietare voluerit illud quod concessum est testamentis, (quidquid fuerit) testamentum in Concilio adducatur, & a veridicis hominibus, vtrum verum sit exquiratur: & si verum inuentum fuerit